



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 7. Macarij, & Ioannis Eleemosynarij, in pauperibus iuuandis, quo modo  
imitandum sit exemplum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

tua esset, sine liberis, ipsaqe deinceps vitam suam  
recte instituit.

## §. VII.

*Macarij, & Ioannis Eleemosynarij, in paupe-  
ribus innandis, quo modo imitandum sit  
exemplum?*

Multis sanguinis copia laborantibus, prodest venam secari. Auaris pecuniam auferre, est sanguinem mittere. Quo pacto misit huic mulieri Macarius; quæ vitam numquam recte instituisset, tot nummis onerata. Nemo tamen hinc erroris debet sumere occasionem. Nec enim fures, aut prædones excusabuntur, si, dum clepunt, aut rapiunt pecunias, dicunt se auaris sanguinem mittere, alioquin & carnifex, cùm eos cultro suo subiecerit, dicet se illis sanguinem missurum. Alia, & sancta arte Macarius fæminæ isti nummos abstulit, eos redditurus, nisi tandem vel lubens consenseret. Ut autem consentiret, videtur illa ipsa pecunia impetrasse, quam pro eius animæ salute Macarius in egenos erogauit. Utinam Macarius haberet multos imitatores, qui pecuniam pretiosis vestibus, sumtuosis spectaculis, Antonianis conuiuijs, aut alijs vanitati destinatam, in pauperes,

V 2 dolo

308 Cap. XII. Veris dinitijs gaudere,  
dolo bono, transferrent. Quàm multi pa-  
rentes vtiliùs vestirent nudos, quàm tol-  
pellibus pretiosis inuoluerent suos Ase-  
nios? aut Iulos? Grauantur in aulis par-  
tes aureis belluatis tapetibus, & milites in  
campo frigore pereunt. Quantum, ô ma-  
riti, in coniugum vestrarum syrmata im-  
penditis? quantum, ô vxores, in viroru-  
vestrorum compotationes? suadete illis, vi-  
tantum in inopes expendant. Non erit hoc  
pecunias amittere, sed fœnori dare. Diffi-  
cile est hoc? Deum amanti nihil difficile est.  
Cur hîc ambigitis, quæ potestis aliud quid-  
uis coniugibus vestrīs suadere? immo eti-  
am malis fraudibus persuadere? Ioannis

Leont. Episcop. Eleemosynarij Archiepiscopi Alexandrii  
Neapolis in eius exemplum vobis proponite, qui quàm pri-  
vita, apud munum Pontifex factus est, accersitis ad se Ec-  
Sur. 23. clesiæ dispensatoribus, ijsque quos à secreto  
Januarij. consilio habebat, dixit: *Non est iustum, fratres, & in ministerio socij, ullius alterius vi- curam gerere prius, quam Christi. Eunta itaq. per totam ciuitatem, singulatim describitemus DOMINOS.* Hæserunt illi, quid vellet, & interrogarunt, quinam essent Patriarcha DOMINI? Quibus respondit: *Quos vos pan- peres & mendicos soletis appellare, eos ego DOMI-*

**DOMINOS** meos, & adiutores nomino. Nam  
ijs soli mihi possunt opem ferre, ut à Christi re-  
gno non excidam. Fecerunt, quod iussi erant,  
& inuenti sunt septies mille quingenti,  
quorum singulis quotidie jussit dari sum-  
tum diurnum. Post hæc studium conuer-  
tit suum ad hoc, vt justis ponderibus &  
mensuris vterentur, qui vendebant in ciui-  
tate. Vt amini & vos, ô matres familias  
justis ponderibus, nec vobis ipsis plus in lu-  
xum vestium, in torques, in armillas, in  
gemmas impendire, quam in membra Chri-  
sti alenda. Hoc dicite maritis vestris, quod  
Eleemosynarius dixit ijs, qui res Ecclesiæ  
dispensabant. Maritos dominos vocatis, &  
illis ipsæ imperatis. Pauperes pro dominis  
vestris habetote, qui possunt vobis opem

ferre, non jam vt domi regnetis, sed

ne à Christi regno exci-  
datis.

